

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Seruitus g
cum fonte primo

Infelicibus seruis mouere labia ne in hoc
quidem ut loquantur licet,

sed
sic fit ut isti de domino loquantur quibus
coram domino loqui non licet. At illi
quibus non tantum coram dominis sed
cum ipsis erat sermo quorum os non
consuebatur, parati erant pro domino
porrigere ceruicem.

In conuiuuiis loquebantur,
sed in tormentis tacebant.

Ibidem (Seneca XLVII. epistola).

At
infelicibus seruis mouere labra ne in hoc
quidem, ut loquantur, licet;
virga murmur omne conpescitur, et ne
fortuita quidem verberibus excepta sunt,
tussis, sternumenta, singultus; magno
malo ulla voce interpellatum silentium
luitur; nocte tota ieiuni mutique perstant.
Sic fit ut isti de domino loquantur quibus
coram domino loqui non licet. At illi
quibus non tantum coram dominis sed
cum ipsis erat sermo, quorum os non
consuebatur, parati erant pro domino
porrigere cervicem,
periculum inminens in caput suum
auertere;
in conuiuuiis loquebantur,
sed in tormentis tacebant.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 47, 3-4 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.120, ll.7-17).